

Feria quarta post Inuocauit

nabit compatiue vt dixi. // Moraliter ex istis cōparationibus iesus christus ostēdit q̄ gentes dā nanf ex negligentia. vt sunt illi qui libēter audiunt sermones sed sunt negligentes. quia nesciūt audita exequi. ac si thesaurū acquisitū nescirēt instaxia bursa vel capsa congregare. Ita de v̄bo dei Jos̄ dicif Luc. xj. Beati qui audiūt verbū dei ⁊ custodiunt illud. // Tertia doctrina ē auisatiua. s. de periculo quod iudeis imminebat di. Cum immūdus spiritus exierit ab homine. ambulat per loca arida querēs requiē ⁊ nō inueniens. Tunc di. reuertar in domum meā. vnde exiui. Et cū venerit inuenit eam ⁊ vacuā scopis mū datam ⁊ ornata. Tunc vadit ⁊ assumit septē alios spiritus se nequiores ⁊ intrantes habitāt ibi. ⁊ sunt nouissima hominis illi⁹ peiora priorib⁹. sic erit generatio huic pessime. Iesus christus auisando eos. s. iudeos declarat eis conditiōes diaboli. Cum immundus spiritus ⁊c. loca arida sunt corda ⁊ corpora penitentū qui non habent humiditatem luxurie carnalitatē nec delectationis. nec auaricie nec gule ⁊c. Nam istos temptat diabolus ⁊ nō suos. Ideo beatus Greg⁹. Illos temptare negligit quos quieto iure se possidē sentit. Et quādo nō potest castrum nouiter acquirere. reuertit ad domū vnde exiuit. quia iā scit ei⁹ introitus. ⁊ venit cum alijs septē ⁊ sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. quia dicunt medici q̄ peius est recidiū q̄ infirmitas. Quare ergo christus dicebat ista. ppter hoc. quia iudei a principio predicatiōis christi cognouerūt ipsum esse verum messiam. vt dicit textus euangelij Matth. xxi. Dixerūt coloni. hic est heres venite occidamus eum ⁊ habebim⁹ hereditatē ei⁹. ⁊c. dicunt hic glo. q̄ iudei cognouerūt christum esse messiam. Ideo magn⁹ rabinus Nicodemus dixit xpo. Scimus quia a deo venisti magister. Joh. iij. Sed quia christ⁹ corrigebat eos de peccatis publicis. diabolus rediit ad eos. ppter qd̄ christus p̄dicta dicebat. ideo beatus Petrus q̄ optime intellexit sermonē christi di. Si ergo irrefugientes coinquinatiōes mundi in cognitionez dñi nostri ⁊ saluatoris iesu christi. his rursus implicati supant facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius em̄ erat illis non cognoscere viam iusticie q̄ post agnitionem retrosum cōuertī ab eo quod illis traditum ē sancto mandato. ij. Pet. ij. Moraliter si a nobis elijcimus diabolum p̄ penitentiam caueam⁹ ne reuertat p̄ recidiuum. als̄ dicit christ⁹. Nemo mittens manū ad aratrum ⁊ respiciēs retro aptus est regno dī ⁊c. Luc. ix. Aratrum est penitentia. // Quarta doctrina est informatiua. de q̄ dicit thema. Qui cū q̄ fecerit voluntatem patris mei qui in celis ē ipse est me⁹ frater soror ⁊ mater. Dicit̄ tota vltima pars euangelij historialiter. quō cū christus p̄dicasset venit virgo maria mater eius cū parē-

tibus suis quos scriptura vocat fratres ex quo sunt vni⁹ generis. Sic habemus exemplū duarū doctrinarum. Et p̄ma est ordinatio charitatis ⁊ dilectionis. s. deum sup̄ omnia diligere. secūda ē spiritalis opationis qd̄ opus spūale non est dimittendum p̄ parētib⁹ seu amicis vt tetunare aut religionē intrare ⁊ h̄mōi. Item iudices habent h̄ exemplum ne in iudicio cognoscant parētes seu amicos sed purā iusticiam. Et ideo dicif. q̄ dixerit patri suo vel matri sue. nescio vos ⁊ fratrib⁹ suis ignoro illos ⁊ nescierunt filios suos h̄custo diunt eloquium tuum ⁊ pactum tuū seruauerūt iudicia tua o iacob. ⁊ legem tuā o israel ⁊c. Deuter. xxxij. Et nota cum dicit thema. Quicū q̄ fecerit voluntatem. videt̄ ergo q̄ faciendo voluntatem dei homo efficiat̄ maf̄ christi. Dico q̄ sic. Nota gradus spūales nam magna gratia creature fit quādo efficiat̄ filia christi in baptismo. sed maior quādo fit frater christi. sed mltō maior qm̄ efficiat̄ mater christi. vt patet de virgine Maria. Fili⁹ efficiat̄ homo in baptismo. ideo dicif. dedit eis potestātē filios dei fieri. Joh. j. Frater aut̄ christi efficiat̄ homo p̄ penentiā quādo de peccatis post baptismū factis facit penitentiam. Et hoc em̄ christus ⁊ homo efficiunt̄ filij eiusdē patris p̄ gratiam penitentialem. S̄ mater christi efficiat̄ homo audiendo verbū dei. quia sicut mater christi concepit in vtero. ita homo in fimo nibus concipit christum in vtero conscientie. qm̄ pponit facere eius voluntatem. Parit aut̄ christum quādo conceptum ppositum exequit̄. Et de hoc est Auroitas. A facie tua domine concepinus ⁊ quasi parturimus ⁊ peperimus spiritū Esa. xxvj. Nota a facie tua. s. in predicacione in qua deus cognoscitur vt homo in facie. de qua Dauid in ps̄. Faciem tuam domine requiram. ⁊c. Et quasi pturimus. Ecce generatio spiritalis. de qua Dauid. Hec est generatio querentium dominum querentium faciem dei Jacob. Ps̄. xxiij.

De eadem feria quarta post
dñicā p̄mā q̄dragesime. Sermo sc̄os
Assumit alios spū
ritus septem nequiores se. Matth.
xij. Sermo erit de magna auisatiōe vt
caueatis a temptatione demonum et
peccatis. quia demones vellent q̄ omnes essemus
damnati cum eis. Ideo ne eorum temptationib⁹
damnemini volo vos auisare in presenti sermōe
Sed p̄mo salutetur virgo Maria. Assumit ⁊c.
Pro huius verbi declaratione ⁊ materie p̄dicā
de introductione. Sciendum q̄ doctrina est cō
munis in sancta theologia q̄ ex peccato primoz
parentum totum genus humanum fuit captiu⁹
diaboli. Si dicatur ⁊ quare filij sunt captiui qui
nondum erant nati. Dico ⁊ respondeo p̄ similitu

Hic sermo usq̄ ad finē est v̄ba v̄bilis

dinem. Si enim in domo vestra vos habetis vi-
rum et uxorem captiuos. si illi generant filios vel
filias nunquid erunt captiui vestri ut parietes: imo
Sic Adā et Eua vir et uxor tanquam captiuos vedit
derunt se diabolo precio vnius pomi nescitur tamen
cuius speciei erant illi fructus. illi mali mercatores
fuerunt nam modico precio se vendiderunt et cap-
tiuui fuerunt diaboli. ergo rationabiliter et filij su-
erunt captiui. sequēter patet ratio. Sed de hoc
etiā est Auctoritas di. Propterea ductus est po-
pulus meus captiuus. quia non habuit scientiam
et nobiles eius. scilicet Adam et Eua scilicet interierunt fa-
me. et multitudo eius siti exaruit. propterea dilata-
uit infernus animā suam. et aperuit os suum absque
ullo termino. **Esā. v.** Nota cum dicitur. propterea
ductus est populus. id est. totum genus humanum
captiuum. Ratio. quia non habuit scientiam. hic
tangit rationē quare primi parentes peccauerunt
scilicet quia non habuerunt dei scientiam. propterea di-
latauit infernus. id est. diabolus. animā suā absque
ullo termino. id est. exceptione quia quantumcumque ef-
sent boni et sancti ad infernum descendebant.
Moraliter ergo patet doctrina theologica. scilicet ha-
buimus remediū per aduentum christi quando di-
gnatus est venire ad liberandum populū suum
de captiuitate diaboli. Si dicatur. si vendiderunt
se diabolo nunquid ergo christus fecit iniuriā
diabolo sibi captiuos auferendo. Dico quod Adā
et Eua erant captiui dei ideo non potuerunt se di-
abolo vendere nec diabolus ipsos iuridice pote-
rat possidere sicut nec captiui vestri. Ideo venit
filius dei dicens patri. cōpator captiuus. Ideo pa-
ter ego solvam residuum per ipsos. Et in die vene-
ris sancto soluit et sic redemit et liberauit nos a di-
aboli captiuitate. et modo sumus captiui christi
excluso demone. Ideo christus in passiōe sua di-
xit. Nunc iudiciū est mundi huius nunc princeps mū-
di huius efficitur foras. et ego si exaltatus fuero a ter-
ra omnia traham ad meipsum. **Joh. xij.** Et non cum
dicitur. nunc princeps huius mundi. scilicet. diabolus qui
tyrannice huic mūdo dominabatur ex predicta ratioe
Sed venit dñs noster iesus christus qui per suam
passionem abstulit sibi principatum et ligauit ipm
in inferno. Ideo dicit nunc princeps huius mundi.
et cetera. Omnia scilicet genera hominū traham ad meipm
Sed si dicatur. si lucifer est a mundo expulsus
et in inferno ligatus quomodo ergo temptat nos.
Ecce huic questioni thema respondet. Assumit
septem alios spūs. quia ipse psonaliter non potest
exire temptare vsque ad tempus antichristi. tunc
etiā soluetur. Ideo assumit alios septem spi-
ritus. qui tanquam capitaneos septem capitaliū pec-
catorum et cum infinita multitudine minorū de-
monum ei subiectorum mittit eos per mundum in
odium iesu christi et inuidiam nostri. Et nota cum
dicit nequiores se scilicet in effectu temptandi. sed non

in affectu. quia in affectu nullus est nequior lucife-
ro. Ideo dicit thema. Assumit et cetera. Ac si magnus
rex decubens in lecto et non potens ire ad bellum
vocaret capitaneos di. eis iam videtis et cetera. Ideo
vos de quibus ego confido vadatis cum vestri ge-
nibus armorū et faciatis bellum. Sic etiam luci-
fer iacet in lecto durissimo inferni di. Jam vide-
tis quomodo ille christus me ligauit hic et sibi non
possumus nocere. ad minus contra suas gentes
Ideo vadatis. Ecce qualiter assumit septem ali-
os spiritus et cetera. Et primus capitaneus est leuiathā
Ita nominatur **Joh. xij. di.** Leuiathan ipse est rex
super omnes filios superbie et hic temptat de primo
peccato mortali. scilicet de superbia. Et vocatur a lucife-
ro di. Leuiathan si velles facere vniū seruitium
mibi. Respondet. dñe libenter faciam. Et cum vex
illo suo. scilicet circulo supbie et vanitatis cum infinita
multitudine demonum ipsum sequentium dis-
currit per mundum qui tantū sciuit facere cuz suo
exercitu quod iam totus mundus est superbus et va-
nus. Nam tantam supbiam posuit in dominis
temporalibus et in prelatis ecclesiasticis quod iam non
sufficiunt redditus ad vanitates. Ideo habet fa-
cere exactionem symonias et cetera. Nota differentiā
inter vanitatem et supbiam. quia vanitas osten-
ditur ad extra in excessu vestium et ornamentoz
Superbia autem ad intra in corde consistit. quando
persona non vult se regere secundum dei ordinationes
vel secundum propriam inclinationem sic quod deus preci-
pit vnum et ipse facit totum contrarium. dicēdo
quid ad me nolo hoc. Ecce quid est superbia. quia
vanitas solum est effectus superbie. Verbi gra-
tia. Si filius vester infirmatur. et non habetis me-
dicum ad quē recurritis. Nonne ad diuinos seu
sortilegos et cetera. Et quando dicitur vobis quod hoc est
magnum peccatū. vos dicitis. Nunquid permit-
tam filium meum mori. Ecce superbia nolle obe-
dire preceptis dei dicentis. Non habebis deos
alienos. Item si perdidistis aliquid. Idem si
estis vocati a iudice in testem mediante iuramen-
to et quando dicitur vobis. magnum peccatum est
falsum iuramentum dicitis. o ille amicus meus est
punitus. Idem nolendo seruare festa cum tamē
nullus dominus det prouisionem alicui nisi faci-
at sibi aliquod seruitium. Sicut ergo per totam
hebdomadam seruiistis mundo. in dominica
seruiatis deo audiendo missam sermones et cetera Ex
ista supbia leuiathan infinitos secum ducit ad in-
fernum. propter quod christus sciens hoc aui-
sando nos clamat di. Tollite iugum meum super
vos et discite a me. quia mitis sum et humilis cor-
de et inuenietis requiem animabus vestris. Iu-
gum enim meum suauē est et onus meum leue.
Matth. xj. Nota cum dicit. Tollite iugum me-
um super vos. domine. Nunquid nos sumus bo-
ues. Nota qualiter bos supponit collum iugo:

Feria quarta post Inuocauit

cum tamen possit se cornibus defendere. sed non facit sciens naturali instinctu q̄ dominus nō da-
ret sibi puisionē. Sic etiā erit de nobis nisi por-
temus iugum. id ē. onus p̄ceptorum. Si dicitur
domine decetero volo humiliari ad portandum
iugum. Sed quō est portandum. Respōdet. Si
scite a me. quia mitis sum et humilis corde. quasi
di. Ego qui suz domin⁹ et leo de tribu iuda et por-
taui iugum patris. s. mandatorum. Si dicat. do-
mine rex et quid ex hoc habebimus. Respondet
inuenietis requiem animab⁹ vestris. nō solū cor-
poribus prouisionē. sed etiam requiē post hanc
vitam animab⁹ vestris. Ecce salarium. Si dica-
tur. dñe onus vestrum ponderat multum. Re-
spondet. Iugum em̄ meū suauē est et onus meū
leue. // Secundus capitaneus dicitur mammo-
na qui tempta. de auaricia. De quo Matth. vj
Non potestis deo seruire et māmone. Dicitur vt
de primo quō vocatur a lucifero. Nam iste cum
bannerio et cum titulo auaricie et cupiditatis et
cum exercitu suo destruxit quasi vniuersum mū-
dum. Hic etiā tantū fecit q̄ totus mundus est
auaricia plenus. Quia iam hodie religiosi cleri-
ci prelati seu dñi omēs sunt auari. nō respiciunt
vñ vel quō pecunie veniunt sed q̄ habeant. om-
nes in viam suā declinauerūt vnusquisq̄ ad aua-
riciam suam a summo vsq̄ ad nouissimum. Esa.
lvj. Item. omēs student auaricie a minore vsq̄
ad maiorem a ppheta vsq̄ ad sacerdotem cun-
cti faciunt dolum. Hiere. vj. Antiquitus nullus
erat vsurarius nisi iudei. modo etiam christiani
faciūt vsuras mutuando. Nota modum et quo-
modo vocant false censualia. Nota duas condi-
tiones censualium. // Item emere pro minori p̄-
cio q̄ res valet ppter solutionis p̄ventionē vel
vendere carius ppter solutionis dilationem. in-
iustum est et ex auaricia vtrūq̄ procedit. Nō eti-
am de confratribus faciendo etiā vsuras. contra
quos clamādo christ⁹ dicit. Videte et caute ab
omni auaricia. quia non in habundantia cuiusq̄
vita eius ē. ex his que possidet. Lu. xij. Nō mul-
tas species auaricie. Dicā vobis aliquas vt ca-
ueatis. Nam vna species est que dicit rapina et
illa est in dominis. principes eius in medio ipsi⁹
quasi lupi rapientes predā. Ezech. xxiij. Alia est
symonia et illa est in clericis vendentibus sacra-
menta. contra quos christus. Gratis accepistis
gratis date. Alia est calumnia et illa est in aduo-
catis iudicibus vel procuratorib⁹ et notarijs. qui
cōtrariam sciētie p̄rabunt sententiam vñ oppri-
munt viduas et pupillos. Cōtra quos Exo. xxij
vidue et pupillo nō nocebis si leseritis eos voci-
ferabunt ad me et ego exaudia clamorē earū. et c.
Alia est sacrilegiū et illa est in rusticis retinendo
decimas et bona ecclesie. Cōtra quos Malach.
ij. et xliij. q. vj. Si homo affigit deuz. quia vos

configitis me. Et dixistis. In quo configim⁹ te.
In decimis et primitijs et penuria maledicti vos
estis. sequit. Inferte omem decimationē in hor-
reā mea vt sit cibus in domo mea et p̄bate me si
nō effudero super vos catharactas celi. Alia est
furtū secretum in paupibus. Cōtra quos Eccl.
v. Super furē erit opprobriū et cōfusio. itez Qui
furabatur iam nō furef magis aut laborat vt ha-
beat vnde tribuat necessitatē patiēti. Itē fraus
in mercatoribus. quia defraudant vel in qualita-
te vel quātitate primū. de primo ait propheta.
Argentū tuū et aurum versum est in scoziā et vi-
num tuū mixtum est aqua. Esa. j. // De secundo
p̄cipit deus. nō habeb in sacculo tuo diuersa pō-
dera maius et minus nec erit in domo tua modi⁹
maior et minor. et c. Beut. xxv. Alia est retētio de
mortuis vel retentio mercedis seruoū suozū. vt
negando debitū. Cōtra p̄mos. xij. q. ij. Qui ob-
lationes defunctorū aut negant aut difficulē red-
dunt tanq̄ egentū necatores excomunicent Et
xij. q. ij. Qui abstulerit. Et Luc. xvij. deus facit
et vindicationem clericozum suozum clamantiū
ad se. Contra secūdos. Qui effundit sanguinem
et q̄ fraudē facit mercenario fres sūt Eccl. xxxij
Quare p̄cipit Leui. xix. Opus mercenarij tui nō
remaneat apud te vsq̄ mane. // Iste magnus ca-
pitaneus q̄ magnā predā secum trahit ad infer-
num. Ideo christus dicit iauisando nos. Vide-
te et caute ab omni auaricia. Ratio. quia nō i ha-
bundantia cuiusq̄ vita eius est ex his q̄ possidet
Luc. xij. // Terti⁹ capitaneus dicitur asmode⁹ q̄
temptat de luxuria. de quo Tob. iij. Demon no-
mine asmodeus occidebat eos mox vt igressi fu-
issent ad eam. s. luxuriam et carnalitatē. et circūit
modo mundū et fecit tm̄ opus qd̄ iaz cōpleta ē p
pheta Dauid qui plangendo dicebat. Corrup-
ti sunt et abominabiles facti sunt in iniquitatib⁹
suis nō est qui faciat bonū. supple castitatis. nō ē
vsq̄ ad vnū. supple de adultis ps. ljj. Jam iste p
ditoz fecit tm̄ q̄ hodie fere null⁹ homo potest di-
cere cuz veritate nunq̄ cognoui nisi vxorē meā.
iam nō seruant multi matrimoniū cōpatres iam
faciunt ipm̄ abominationē. Itē fecit q̄ clerici te-
nent cōcubinas et religiosi beginas seu filias spi-
rituales. Ita q̄ totus mundus ē corrup⁹. No-
ta hic de illo demone in corpe obsessi qui dixit se
inde nō exire quousq̄ dicerent tres misse ab ali-
quo clerico qui eēt vir go. Quia ergo iste diabo-
lus fecit tot mala christus auisando nos dicit q̄
os apostoli. Hec est volūtas dei sanctificatio ve-
stra vt abstineatis vos a fornicatione et sciat vn⁹
quisq̄ vas suum possidere in sanctificatiōe. s. ad
Timoth. iij. Caueatis ergo ne fornicationē fa-
ciatis. Nam quīs minimū peccatū sit peccatum
luxurie inter peccata est tm̄ peccatū mortale. Hic
etiā condemnatur error dicentiū confessori di-

sputando pater et quod peccatum est cum meretricibus. ego non decepi eam etc. Si enim cum filia regis ageres diceres tu cui facio iniuriam. certe regi. Nam in suo palacio comedendo suum panem et suum vinum bibendo tu facis proditionem. Sed si rex daret tibi filiam suam in uxorem habeas cum ad placitum. alias debes abstinere. Nota ut sciat unusquisque vas. id est corpus quod est vas anime. Sicut enim esset magni peccati proicere vas reliquiarum in lutum. nobilior reliquia est anima. Quartus capitaneus est beelzebub qui temptat de invidia. De quo Luc. xi. In beelzebub principe demoniorum eicit demonia. et iste est cum suo exercitu et bannerio cum titulo de invidia et malignitate. in tantum veravit totum mundum quod totus mundus est invidia et malignitas de bono alterius. primo inter fratres et sacerdotes de sepulchris per beneficium. Inter laicos per officium et regimine. Intantum quod ex ista invidia totus mundus destruitur. Ideo Sapiens dicit. Contemplatus sum omnes labores hominum et industrias animaduerti patere invidie proximi. Eccl. iij. Que est hodie ratio quare destruantur civitates castra ville et civitates. et invidia dicendo. Ille fuit iuratus vel consul et ego non qui sum melior. Nam modo non curat quis erit utilior civitati sed quis erit amicus. Iste est alia invidia spiritualis que est peccatum in spiritum sanctum. scilicet invidia fraterne gratie. invidendo devotioni. scientie deridendo et persequendo. Iste proditor capitaneus quot ducit secum ad infernum. Ideo christus auisando nos dicebat. Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem sicut dilexi vos. Joh. xv. Dñe non datis nobis nisi unum preceptum. Respondeo non. quia illud principale est et sufficit. Nota sicut dilexi vos. nam sola dilectio fecit ipsum incarnari nasci pati. etc. idem legitur de beato Johanne evangelista quod quando debuit mori vocato populo predicavit eis dicens. Filioli diligite invicem. et nihil aliud dicebat. et fuit tibi dictum. Qualis sermo est iste et tradidistis oblivioni illas altas speculationes et declarationes theologie. respondit non. Sed istud sufficit. quia delectatio proximi malum non operatur. Ideo remedium optimum contra invidiam est orare pro ipso scilicet ut deus sibi conferret illud bonum officium et dignitatem et merito huius orationis habundabis. Nam contraria contrariis curantur. Invidia enim invidie medicina charitatis curatur.

Quintus capitaneus est beelphegor. Iste temptat de peccato gula. de quo David in Ps. cl. In iurati. id est dediti sunt beelphegor et comedunt sacrificia mortuorum. Iste cum suo exercitu et bannerio extenso et cum titulo gula et vanitatis tantum fecit quod iam non servant ieiunia ecclesie gentes nec quadragesimam unus se facit infirmum. aliter dicit. Non possum dormire et sic comedunt carnes et vadunt sic ad infernum. Ieiunia enim ordi-

nata sunt ut cum labore fiant. quia ibi est meritum. Nota hic qui excusantur breviter a ieiunio etc. Et quia iste proditor magnam predam ducit ad infernum. Ideo abristus auisando nos dicit. Et tendite ne grauentur corda vestra crapula et ebrietate. Lu. xxi. Sextus capitaneus est baalberit qui ad iram inflammat. De quo Iudic. ix. De phano baalberit conduxit sibi viros. Et subditur. Misit dominus spiritum pessimum inter Amalech et habitatores sicheem. Iste cum exercitu suo et bannerio cum titulo de ira et iniquitate discurrit per mundum et facit multas divisiones et discordias inter christianos. Iste diuisit et procuravit olim scisma in ecclesia. Diuisit regna et reges principes et barones dominos et vassallos. Quot ducit iste proditor secum ad infernum. Ideo christus non cogendo liberum arbitrium sed dando consilium dicit. Pacem relinquo vobis pacem meam do vobis. non quomodo mundus dat. Joh. xiiij. Et ideo in natiuitate domini iesu christi angeli cantauerunt Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Luc. ij. Et in sua conversatione salutabat dicendo semper. Pax vobis. Et sequitur. non turbet cor vestrum. scilicet unus contra alium etc. Septimus capitaneus dicitur asta roth qui temptat de accidia. de quo. i. Reg. viij. Auferte deos alienos de medio vestrum baalim et asta roth. Iste cum exercitu suo et bannerio cum titulo de accidia et ociositate discurrit per mundum. Et iste proditor tantam accidiam posuit in mundo quod pauci sunt qui de his que ad animam pertinent curant imo minus appreciant animam quam paleam. Per totum annum laboratis pro corpore. et modo in isto sancto tempore quadragesime nescitis modicum laborare pro anima confitendo. penitentiis faciendis. sed quilibet expectat confiteri ultima die cum tamen in prima esset confitendum. et hoc de consilio et congruo. Item accidia circa communionem committit a nonnullis que debet fieri in pasce tunc recipiendo christum ut in celo communicantes recipiant a christo. sed si christus precepisset nobis recipere venenum amore sui facere deberemus et precipit recipere corpus suum intra hostiam et non facimus nonne magna est negligentia. Et ideo dicit scriptura. Quodcumque potest facere manus tua. instanter operare. quia nec opus nec ratio nec scientia nec sapientia erunt apud inferos. quo tu supple accidiose properas. Eccl. ix. Ecce quare dicitur thema. Assumit septem alios spiritus nequiores se. Deo gratias.

Feria. v. post dominicam. xl. Sermo. i.

Dicebat iesus ad eos qui crediderunt ei iudeos. Joh. viij. Sanctum euangelium hodiernum continet unam magnam et solennem disputationem que fuit inter christum ex una parte et iudeos ex